Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Commentarius in universam Aristotelis - Cod. Ettenheim-Münster 157

Aristoteles

[S.l.], 1611

Capvt Decimvm

urn:nbn:de:bsz:31-117375

Visual Library

qua singula singulis cap. applicantur, et a quibusdam
circ. dialecticis hoc carmine recensentur:

Op; Pri; Mo; simul; Ha; tot sunt postpraedicamenta.

CAPUT DECIMUM.

DE OPPOSITIS.

Oppositio duplex e. complexa et incomplexa.

Notandum primo duplicem esse oppositionem apud dialect. unam complexam qua integrae enunciationes inter se repugnant de qua agit Arist. in lib. Periher. et Fons. l. 3. Inst. c. 6. 11. 18. et seq. Alteram incomplexam qua simplices termini inter sese opponunt, de qua hic agit.

Oppositio et oppositum sumuntur aliquando latissime.

Notandum 2do, oppositionem et opposita aliquando latissime sumi prout idem sunt quod repugnantia apud Fon. l. 1. c. 31. Dividuntur in disparata et opposita stricte sumpta: quae a disparatis oppositis in eo differunt, quod disparata saepe possint esse simul eodem tempore in eadem re, ut albedo et dulcedo in eadem parte lactis.
Itaque omnia quae non sunt opposita proprie dicta et tamen essentialiter differunt videntur esse disparata ut aqua et ignis, calor et humiditas, linea recta

sive sint eiusdē sive diversorū predicamentorū.

Notandū 3tio opposita proprie dicta nec ab Arle nec a Fon. sed a Boetio hic com. 36. ita describi: Opposita dicuntur quæ in eodē singulari secūdum idem, in eodem tempore, circa unā eandemque rem, simul, esse non possunt: ut album et nigrum, album et non album, Dñs et servus cæcū et videns &c.

Quid sint opposita stricte sumpta?

Notandū quarto ista opposita recte et iuxta Arlis doctrinam dividi in 4 Genera, beneque explicari a Fon. l. 2. Inst. c. ult. quibus nos sequentia adjiciemus.

1. Notandum.

Primū opposita tum formaliter tum materialiter sumpta plusquam analogice esse inter sese convenire non posse: nam si formaliter sumuntur idem sunt quod oppositio quæ est relatio, aliquando realis, aliquando rationis tantū ut mox constabit. sed entibus sive relationibus realibus et rationis, nil potest esse univocum. si vero materialiter sumuntur pro ipsis rebus oppositis, quibus relativa oppositio convenit, illa ita inter se diversa sunt ut univoce convenire nequeant: quandoquidē aliqua opposita ex altera parte tantum sunt negationes et nō entia v. g. Homo non homo. videns et cæcum &c. Ita etiam. a. 2. Conimb. docent.

Sive opposita materialiter seu formaliter sumantur, tantum analogice conveniunt.

2dum Notandum.

Secundū, relativā oppositionē, et relativè opposita sola ratione differre ab ipsa relatione et ab ipsis extremis.

Relativa oppositio, et relative opposita sola ratione differunt ab extremis.

eius rlaois quae proinde realis ē oppositio, quoties cunque relata et relatio sunt realia. Raois. u. tantum, quando rlao ipsa raois tm̄ ē. Deinde quando rlao nō ē mutua, tunc oppositio simplex tantum ē. u. g. inter scientiam et scibile quando mutua tunc ē duplicata oppositio; qualis ē inter prem et filium, et inter duo alba similia. Adeo ut si per impossibile, alterutra rlao, altera manente destrueretur. u. g. manente paternitate filiatio, nihilominus talia extrema forent adhuc opposita. Distinguitur a. oppositio a rlaoe sedm se gsiderata, in eo quod rlao sedm se in sua essentia plus nō requirat, quam ut sit ordo unius ad aliud. Oppositio vero propterea vocatur quod illa duo extrema inter quae rlao ē sese mutuo in eadē re singulari nō compatiantur, q ē distinctio raois tantū, propter diversas gsideraoes, et officia eiusdē rlaois. Ratio u. propter quam etiam inter relata realia oppositio realis intercedat et ō raois tantū ē haec, qa oēs conditiones c. 7. a. 4. ex coi doctrina ad realem rlaoem requisitae gcurrant ad oppositionē relativam, quod dicant Conimb. a. 3. propter quā raoem etiam gtrariorum oppositio, re-

alis rãõ ē et sola rãõe distinguitur a diuersitate eo-
rundem gtrarium, ut recte docent ydem Conim. a. 4.
sub finem. Tertium, in dfiõe gtrariorum
per vocul[am] [eodem Genere] intelligi uel proximu
geny huigmodi ē color respectu nigredinis uel al-
bedinis: uel remotu, huigmodi ē Habitg respectu Ju-
stitiæ et Iniustitiæ. Deinde qu in eadē dfiõe, dr,
Contraria debere max̃e distare sub tali gn̄re, idē
est, interp[re]te Arle. r Leri. c. n. quod plurimu dif-
ferre sub tali genere, quod tantu propter ea g-
traria uidetur addi q hbnt medium ut Album et
nigru. Nam gtraria immediata, ut sanu et æ-
grum, hoc ipso quod mediu non hbnt ita differunt
a se inuicē ut magis differre nequeant, sed quæ
dium hbnt longe plg ab extremis qua a medijs dis-
crepant ut calidū a frigido qua a tepido, et
Album a nigro qua a uiridi aut fusco. Præterea
circa gtraria etiam aliqr obseruandum illa sæpig non ita
proprie accipi ut a Por. et Arle hic describuntur, sed
uel latissime ita ut idē sint quod repugnantia seu
opposita late sumpta uel ming late prout idē sunt q's
opposita stricte sumpta: hinc frequenter accidit ut
relatiuè priuatiuè, et gtradictoriè, opposita dicat[ur]

contraria. Quartum contradictoria oppositione est omnium maxima duabus de causis, primo quia alterutrum ex contradictoriis cuicunque subiecto etiam si nihilum seu non ens sit convenire suo modo ac de illo praedicari debet: dummodo subiectum sine limitatione et reduplicatione accipiatur e. g. de homine ac de non homine praedicari debet vere, vel quod sit lapis, vel quod sit non lapis, albus vel non albus, per quod multum differunt opposita contradictorie a caeteris. Nam primo relative opposita tantum in nonnullis rebus, in quibus scilicet aliquod fundamentum habent reperiuntur, in aliis vero neutrum eorum est. Equus enim non est dominus nec servus: et lapis nec est pater nec filius. Deinde contraria multis subiectis non conveniunt. Nam Deus et angeli nec sunt albi nec nigri nec calidi nec frigidi, lapis non est sanus nec aeger. Denique etiam privative opposita multis subiectis non conveniunt. Nam lapis nec est caecus nec videns. Ergo in his semper datur aliquod medium quod contradictoria non patiantur. Signate dixi, dummodo subiectum sine reduplicatione et limitatione accipiatur, nam uterque Scoto, 1 sent. dist. 2. q. 4, etiam Eckius hic q. a. 1 docet aliique communiter, si subiectum accipiatur cum reduplicatione aliqua syncategorematica, neuter

[Margin:] Contradictoria oppositio est omnium maxima: 1mo quia alterutrum ex contradictoriis cuicunque subiecto convenire debet.

[Margin:] Contradictorie opposita multum differunt a reliquis oppositis.

[Margin:] Haec doctrina non valet in contradictoriis reduplicativis.

ex terminis contradictorijs de illo prædicari poterit: nã
homo in quantũ hõ, nec ẽ albus nec non albus: similiter hõ per
se uel sdm se ẽ: nec albus nec nõ albus ẽ: quæ Scoti
et õis dinterorum doctrina bene notanda ẽ, pro in
telligendo statu solitudinis et essentiæ, ut etiã monuimus
in præf. Porph. n. 5. ex qua etiam colligi debet rerũ
Universaliũ natura sdm se uel per se, nec ẽẽ præci
sam nec nõ præcisam, nec cognitam nec nõ cognitã
nec ẽẽ existentem nec nõ existentem etc. Quid
igr ẽ universalis? Respondeo naturã humanã sdm se
uel per se sumptã ẽẽ entitatem substantialẽ corpore
ã, vita, sensus et raõis participẽ sicut etiã homo
quatenus homo aliud nõ ẽ quã substa corporea vivens,
sentiens et rationalis; item risibilis et disciplinæ capax.
Quamuis per se et quatenus homo ẽ, nec existat nec
nõ existat nec sit cognitus nec nõ cognitus, nec sit præ
cisus nec nõ præcisus, et consequenter nec universalis
nec singularis nec unus numero nec plures: ut
etiã S. Th. op. de ente. c. 4. Si inferas, quod
si natura sdm se et homo in quantũ homo ẽ nõ exi- Solutio difficilis
stat, sive nõ existens sit nõ fore ens reale, sed ra obiectionis.
õis tm uel nihil: Nego consequentiã: quia ad hoc
ut aliqd sit ens reale, minimè opus ẽ ut sdm se uel
per se, uel quatenus tale; existat, alias solus Deus foret

ens reale. Sed satis ē quod existat sive possit modo existere vel in se et per se, h. e. naturaliter, essentialiter ut Deus, sive per accidens et contingenter ut creatura. Non ē huius loci disquirere an sicut in simplicibus terminis contradictoriis datur mediū, ita etiam fiat in contradictoriis complexis, h. e. an de quolibet etiam cum reduplicatiōe sumpto vera debeat ēē enunciatio affirmativa, vel ipsi opposita contradictorie negativa enunciatio.

(Margin note:) contradictoria oppositio sit maxima, ē incompossibilitas in eodē subiecto.

Secundo contradictoria oppositiōnū maxima ē etiā, propter incompossibilitatē in eodē subiecto: contradictoria n. eodē tempore eidē et parti subiecti alicuius singularis nec per divinā quidē potentiam convenire possunt, ex omni sententia per se nota. Quod tū etiā videtur contingere in relative oppositis si formaliter accipiantur et in privative oppositis: at contraria naturaliter in gradibus remissis, possunt ēē simul; aqua n. tepida, nil aliud ē quā aqua in qua simul cū calore ē aliquod frigus: deinde licet naturaliter in summis gradibus et perfecto statu simul ēē nō possint per divinā tū potentiā possunt ēē simul, ut communiter D. docent.

CAPUT UNDECIMUM.

De secundo Postprædicamento, quod est PRIUS.

Hoc c. docet Arist. quot modis aliqd alio prius dicatur et primo qdē. dicitur aliqd alio prius temporaliter seu quod alio vetustius ē, ut bellū Troianū bello punico. | Imo dicitur aliqd alio prius tempore.

Secundo dicitur aliqd alio prius quoad subsistendi consequentiam, quo modo prius dicitur id quo posito alterum ponitur; altero tn̄ posito ipsum vicissim no ponitur. sic unū prius ē duobus nā si duo subsistunt etiam unū subsistit, et no vicissim. sed Boetius hic et D. Th. 1. part. q. 85. a. 3. hanc prioritatē vocat prioritatē naturæ qua ut Arist. c. seq. ait Genera sunt priora speciebus, imo universim singula universalia suis particularibus, ut substa corpore, corpus vivente, vivens animali, animal hoīe, Homo Socrate. Recte. n. infertur est homo, ergo animal est. sed no recte ē est, ergo homo est. | 2do. quoad subsistendi consequentia seu prioritate naturæ. | 3tio Ordine doctrinæ.

Tertiò aliqd alio prius dicitur ordine doctrinæ, ut Isagoge Porph. categorijs Aris. et proæmium reliqua oratione. de quo Fon. l. 7. c. 39. | 4to.

Quarto dicitur aliquid alio prius dignitate et perfectione quo modo prius quod melius et præstantius. | Dignitate et perfectione. sed hic modus improprius ē.